

MVSÆVM
SEPTALIANVM
MANFREDI SEPTALÆ
PATRITII MEDIOLANENSIS
INDVSTRIOSQ; LABORE
CONSTRVCTVM;

PAVLI MARIÆ TERZAGI
MEDIOLANENSIS PHYSICI COLLEGIATI
GENIALI LACONISMO
DESCRIPTVM;

POLITIONIS LITERATVRÆ PROFESSORIBVS
ERVDITA HUMANITATE
ADAPERTVM:

Cum Logocentronibus, siue Centonibus eiusdem
*Terzagi de natura Crystalli, Coraliij, Testaceorum
Montanorum, & Lapidificatorum, Achatidis,
Succini, Ambari, & Magnetis.*



*Terzagio
Musaeum
Septalianum*

DERTONÆ, Typis Filiorum qd. Elisci Violæ. 1664.
Superiorum permissu.

BS dia

prauitas, proprio utili, non publico bono intenta, experimen-
ta ista proscriptur. *Vide Vlysseni Abdroman. lib. 4. Musaei Me-
tal. cap. 59.*

14 Ultricis lapis in India plurimi factus. Hos Malauense
Regnum dat in Pam, quos Lutitani vernacula lingua vocant
Pietra di Porta, scribente *Ioanne Hugone Linschotanto in na-
uig. Indi. orient. cap. 87.* in felle porri lapidem istum inueniri.

15 Humani Bezoares (quos ego lapides spiritus lapidifico
Bezoaris in morem coagmentatos dicentem) praeteritumque
vnus, è Germano equitum Praefecto extractus, qui vel quem
libet examinandi Bezoaris peritissimum falleret.

16 Πολύπραγμος non contemnendam, quam curio-
sissimus in euisceranda natura Septalius, in magnis venis Vac-
carum anno 1633. (in eius oppido *Septala* nuncupato) mor-
tuarum adinuenit; aurati coloris lapides Bezoar ticos, amu-
iantes pollicis crassitudine, quos primo aspectu aureos conse-
res. Bezoares sint, nec ne attentius iudica, insolitum certe
est naturæ ludentis opus.

17 *Inuencatuffus* singularis colore rufus è ventriculo ex-
tractus pilas lusorias duas magnitudine æquans.

18 Indicæ pilæ lusoriarum pilarum saltus superantes.

VNICORNIVM, ET RHINOCEROTVM

Cornua. *Caput XXVIII.*

3 **V**Nicorni pulcherrimum, & singulare verfuris & strijs
naturaliter exornatum. Zelandi mercatoris erat, &
penes ipsum magno in pretio, & non sine magno pretio ven-
ditum, & additum huic Septaliano Nobilissimo Musco.

Desiderium titillabit eruditorum legentium curiositatem,
sciendi quibusnam insigniatur natalibus hoc Unicornu, tot
laudibus exaltatum: quapropter subdram nomophila ex *Olao*

VHOR-

Vnicorn extracta, qui primus omnium rem hanc curiosissime examinavit, diligentius inspexit, elegantissime expressit, naturaliterque delineandum curavit *suo in Museo pag. 282.* unde accuratissime ceteræ bellæ anathomæ cuiusvis inopem fas est, non omnia ego referam, tempore iubente brevitati standere.

2 Vnicornu inquit, marinum etiam e genere cetorum est, & quia pauci admodum sunt, qui hoc monuerunt, de eo quædam uberius hic dicenda. In freto Davis hæc animalia haud rara esse retulerunt natæ, qui cum sæpe ibidem viderunt, & circa Gronlandiam capitur. Figura reliquis cetis similis, pinas duas ad latera habens, tubera tria in dorso, unum in ventre, branchias nullas, dentem unicum in sinistra superioris mandibulæ parte, ad septem cubitos prominentem, rectum, striatum, acutum, nullos præterea minores.

3 In vertice foramina duo per quæ aquam pro lubitu emittit, deus eius hætenus pro vero unicornu à magnatibus, & alijs habitus est, quodcirca quid de eo observaverim hæc in veritatis patrocinium habens inferam. Anno 1636., cum sæpe fortuna apud Magnificum, & illustrem virum D. Christia- num Frisum de Kragerup Cancellarium Regium, mentio incidisset unicornum, quæ secum ex mari Gronlandico, circa fretum Davis, attulissent mercatores nostri, non potui non ipsi exprobare insignem, & supinam negligentiam, quod cum nossetis antea inter doctos etiam disputari, qualem animal illud esset, quod etiam illud ferat, quod vulgo ab omnibus etiam magnatibus pro vero unicornu habentur, & emittit, ne quidem particulâ aliquâ reliqui corporis adferat, ex qua certo sciri posset maritimum, an terrestre, an verò amphibium esset, quod tantum gestaret thesaurum. Subiit Heros, & ex me quaesivit, an tanto obore de desiderio videndi aliquam huius animalis partem. Respondi nihil gratius mihi accidere posse. Ac rede-
igitur inquit, & non sepe capot, deduxit me vero in musæum,
accra-

ac cranium ostendit, cui adhuc corruptatum inhaeret, cumque tam subito cuncta accuratè satis lustrare non potuerim, petij, vñbus meis tantisper indulgeret, donec maiori diligentia singula rimari, & delineare possem. Annuit Heros ille notissimus.

4 Cranium ipsum inueni mandibula inferiori destitutum, colore cinereo nigricante, qualis esse solet ossium aeri diu expositorum, & ad putredinem tendentium inaequale, varijs foraminibus, & protuberantijs praeditum, quibusdam in locis aequale, & leue, quibusdam scabrum, substantia ossis partim porosiore, partim acutis adherentibus particulis, & fibrili reddita.

5 Figura triangulari fermè in longitudinem protensa, à vertice ad extremitatem proboscidis, seu tenuioris eius partis, cui dens inseritur, duos exactè habebat pedes Romanos, ab extremitate vnus latioris processus, qui cilia firmabat, & oculum dexterum muniebat ad extremitatem processus, qui sinistrum tangebatur, cranijs latitudo erat, pedis vnus cum semisse, ea enim parte erat latissimum: gracilescere deinde & immminui cepit in extremum vsque oris. Occipitium versùs etiam paululum extenuabatur parte superiore, sed inferior eandem tenebat latitudinem, quam occupat. Linea ab vna oculorum orbita ad alteram ducta: occipitium totum per diametrum pedem vnum paulò superabat; sed rostrum, seu extremitas oris parte sinistra, cui dens inferebatur, erat pollicum trium cum dimidio. Dextro latere vbi nullus erat aluceus, qui dentem capere posset, crassa erat vncia cum dimidia, substantia fungosa.

6 Ferunt, eiusmodi belluas glaciei crustis maioribus implicatas, magno impetu hoc dente se expedire, vnde frangi, & mutilari haud rarò contingit, quod ab oculatis, & fide dignis habeo.

7 Eius cum cranio coniunctionem quod attinet, abundè exi-
præce-

præcedentibus patet non cornuum instar externè adnasci, sed in cavitatem sibi destinatam, seu alueum per gomphosum inseri; non secus ac dentes aliorum animalium suis phatnijs inseruntur, situm verò talem occupat, ut si animal hoc naribus præditum esset ex sinistra nare prodire iudicaret, quod etiam putarunt quidam qui ossa hæc apud me viderunt. Verum cum bellua sit marina cetacei generis naribus, & respiratione per nares non eget.

8 Augustanorum Medicorum *Taverhier* subiungit *Verninus*, qua conceptam de osse hoc, expectationem sustineat, in cuius dilucidiorum confirmationem *Philippi Hystet-ri observationes* adducit scriptas anno 1627, quas quisque consulat, quas *Olaus Verninus* tentavit experientias suspectam potius quam certam fidem faciunt, in columbis, inquit, duabus & catullis felium experimentum secimus exhibito arsenico, & sublimato; non planè sine vilo successu. Videatur de hoc *Thomas Brown* in sua *Pseudodoxia Epidemica* cap. 23.

9 Vili alioqui animali quantum natura indidit Thesaurum, quàm pretiosè piscis incolumitati consuluit, qui ut è glaciatis se expediat aquis, illi glaciei flagellum, & veneni fulmen inseruit. Aquis tamen non invidet tellus, silvæque Africanæ gronladicarum yndarum æmulæ animal nutriunt, quod monocerotis terrestris sibi vindicat nomen, quid scribat de eo *Olaus accipe*.

10 Animal hoc ab Africanis vocatur *Terre Bina*, idest animal cornutum, & in deserto cano degere solet. Magnitudine, & figura est equi mediocris, caput, crura, & pedes habet equinos pilosos. Tubam spithamæ longitudine, caudam equinam colore griseo, seu asinino, per dorsum transcurren- te linea nigra, ut asinis; venter cum inferiore colli parte candidat, pilis parvis, & lamibus. In frontis medio circus extat longior ex quo emergit cornu, quod cum aufertur, secum circum istum trahit.

11 Cornu

11 Cornu hoc tritum spithamarum est, longitudine, crassitie iuxta basin, octo aut nouem pollicum, paulatim in apicem gracilescens, cui insidet, & adhæret alius cinctus pugni magnitudine colore purpureo, nullis gyris, aut strijs præditum, sed sedis in apicem excurrentibus fulcis, colore flauo.

12 Cornu ipsum Africanis in magno est pretio, ob eximias quas contra venena habet facultates, exterius, & interius usurpatum. Cum animal bibit aquam cornu suum turbat, & mouet antequam quicquam hauriat, unde ipsi Africani eius usum contra venena ubi requirunt, aquam extremitate cirrosa commouent, quæ mox obullit, ac si igni esset appolita; hinc bibunt, & sanantur.

13 Scribebat hæc *Olaus Vuormius* ex relatione *Francisci Marquis Ethiopis Africani*, qui *Federico Tertio Danorum* Regi fidem suam obligauerat futurum ut integrum cum cornu mitteret animal, verum fides viuente Vuornio nunquam fuit liberata.

14 *Plinius* imaginariam chimæram logicum onstrationis potiusquam physicum animal monocerotem describit; scribere alijs se vidisse verum, fides sit penes auctores, ut *Teslematum*, *Ludonicum Romanum*, & alios.

15 Si quid vel curiosius ex auctoribus haurire potuissem, tuis consulens, lector humanissime, eruditissimæ etiam modis profudissem super impolita papyro, ne quid tamen desit consule librum *Amstelodami editum anno 1658. Gallico idiomate, cui titulus histoire naturelle del Isles Antilles de l'Amerique, innominati auctoris*, sed doctissimi, duorum vnicornuum marinarum mentionem facit, quorum vnum in Insula Tarugo prope Insulam Sancti Dominici semel tantummodo visum, effigiatum, & descriptum videbis cap. 18.

16 Desiderium, quo feror, ex animo crassam, quæ premor, ignorantiam expungendi, detulit in manus meas, postquam

scripsissem hæc, missiones Patrum Societatis Iesu in Iapponem Prouinciam, per *Patrem Marinum editas* 1633. *Roma*, in quibus de orientalibus Regnis agens, Regni *Lao* siue *Lan-gionum* inseruit curiosam descriptionē, utq; de soli vbertate, ne-
 arumque elegantia discutrit, de *Unicornu* assertit subsequen-
 tia. *Gli Alicorni in qualità migliori delli altri; & hanno nelle
 lor corna vn non so che à guisa di fiori, che paiono d'oro, & d'ar-
 gentea, che ne fa il pregio, & accresce la virtù, contro ad ogni
 sorte di veleno, e di maligno humore.* *Hæc Pater pag. 447.*
 18 *Unicornu magis exiguum.*

18 Duo Gazellæ cornua maxima nigra, & recta, quorum
 vnum bicubitale est, alterum verò longitudine inferius. a

19 Gazellæ cornu naturaliter rectorum bicubitalem men-
 suram superans.

20 Alterum cornu artificiale eburneum quasi bicubitale.

21 Altera dua Rhinocerotis cornua maxima, quorum vnum
 dono dedit Marchio Caracena, tunc temporis Hispanus in
 Statu Mediolanensi Mars. Erat hoc Frædis Ducis Bragan-
 tiæ, qui Mediolani carceratus concedens fati, arcem nobi-
 litauit.

22 Altera duo rhinocerotis cornua, sed minora.

23 Alcis cornua, duas aquilæ alas referentia.

24 Ungula alcis.

25 Duo Ceruina cornua maxima.

26 Damæ cornua extremum latum.

27 Caput magnis duobus cornibus grauatum: indiq; ca-
 pre. Hoc vnà cum barba alba cornibusque, bicubitalem alti-
 tudinem æquabit.

28 Insolite magnitudinis cornu *americanæ bovis*, cuius
 diameter trium coloris nigri inauratis laminis ex aurionibus
 exornatum, & expositum.

DENTES